Vir Amplissimus et Celeberrimus
Dn. EBERHARDUS à WEIHE
De Bibliothecâ suâ

Et perii per vos, et vos periistis amores,
Una salus nobis, una ruina fuit.
Si qua tamen vitae spes est, hoc deprecor unum.
Vivite apud gratos, gratus ego interiam.

Paraphr.

Per meos perii volens amores,
et mei perierunt per me amores:
et quae ambos eadem vigere vidit
quaeque ambos eadem iacere luget.
Lux, ambos eadem iacere luget.
at si spes superat, vel arcta vitae,
Hoc unum superos rogabo, ut illi
longum apud memores diuque vivant,
nostro gratus ego inferar sepulchro

aliter

quod perii in culpa soli vos estis amores,
Sed quod me oppressit, vos quoque pressit onus.
Sed quod me oppressit, vos quoque pressit onus.
Una salus fato nobis data et una ruina:
Una salus fato nobis data et una ruina:
Nobis ambigua sors variavit fide.
Si tamen est aliquid, quod longius annuet aevum,
Hoc unum votis opto precorque meis.
Vivere apud gratos ut vos possitis et ipse,
ut gratus vixi, gratus ita interiam

JOHANNES HENRICUS MEIBOMIUS MD.
et Physicus Reip: Lub. fecit